

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Superbia am  
cum fonte primo

Videas plerosque in ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, subito intumescere, pristine obliuisci abiectionis, genus quoque suum erubescere et infimos dedignari parentes. Videas homines pecuniosos ad honores quosque ecclesiasticos et mox applaudere sanctitatem, uestium mutacione non mencium, et dignos se estimare dignitate ad quam ambiendo peruererunt; quodque, si audeo dicere, adepti sunt nummis attribuere meritis.

Bernardus super Missus est circa finem.

Videas plerosque in Ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus divites factos, subito intumescere, pristinae obliuisci abiectionis, genus quoque suum erubescere et infimos dedignari parentes. Videas et homines pecuniosos ad honores quosque ecclesiasticos pervolare, moxque applaudere sibi sanctitatem, vestium dumtaxat mutatione, non mentium, et dignos se aestimare dignitate, ad quam ambiendo pervenerunt, quodque, si audeo dicere, adepti sunt nummis, attribuere meritis.

Bernardus Claraeuallensis, *Homiliae super “Missus est”*, 4, 9 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.55, ll.13-19).